

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Omnia Divini Platonis Opera**

**Plato**

**Venetiis, M.D.LVI**

Clitipho Platonis, vel, exhortatrius

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

orationem tuam, nō modo metuendorū contrariorumq; for  
ritudo scientia est, sed bonorum oīum atq; malorum, om-  
niq; simpliciter quomodolibet se habet. Sicne modo.  
an aliter iudicat Nicia? N.I.C. Ita mihi videtur, o Socrates. s.o.c. Putas, o beatè vir, huic aliquā deesse virtutē,  
qui norit bona omnia prorsus, ut affecta sunt, sunt q; et  
sunt, malāne similiter? Eumq; virū indigere temperan-  
tia, et iustitia putas sanctitatē, cui soli competit, ut tā  
divina, quam humana bona, & mala prudenter intelli-  
gat, dicitur hæc, apprehendat illa, quiz recte cum om-  
nibus vivere norit? N.I.C. Vera loqui videris, o Socrates,  
s.o.c. Quod ergo abs te inductum est. Nicia, non pars vir-  
tutis, sed universa virtus est. N.I.C. Apparet. S.O.C.R.  
Veruntamen fortitudinem diximus partem aliquam esse  
virtutis. N.I.C. Diximus planè. s.o.c. Quod vero nunc  
dicitur, nō appetet. N.I.C. Nō. S.O.C. Nō ergo inuenimus  
Nicia, quid ipsa sit fortitudo. N.I.C. Nō uidemur. L.A.C. At  
qui rebar, o amice Nicia, inuenturū te, postquā me Socrati  
respondentē despiciebas. Ideoq; sperabam te ex Damonis  
sapientia hac nobis declaraturū. N.I.C. Belle facis, o La-  
ches, qui fortiter contēnis, quod rūdis disputationis huius  
sis: solum uero id curas, utru ego quoq; talis videar, neg, quic  
quā interesse censes, modo rerū illarū nihil uterq; intelliga-  
mus, quas scire quisque debet, qui esse aliquis vult. Vi-  
deris ergo reuera humanū quiddā pati, quod non in teip-  
sum, sed in alios resficias. Ego autē arbitror à me de his re-  
bus esse tolerabiliter dictū. Si quid uero minus est, poshac  
tū Damonē ipso corrigā, quem tu quum nunquā videris,  
existimas deridendū: hæc porrò cū alijs, vbi solide affec-  
tus fuero, etiam te citra inuidiam docebo. Nam hac ma-  
xime indigere disciplina videris. L.A.C. Sapiens quidem  
es, o Nicia, uerū tamen Lysimachō huic, & Melesia cō-  
sulo, ut studium meū ac tuum circa filiorū eruditioē non  
exigant, sed Socratem hunc, quemadmodum principio  
dixi, ne negligant. Ego quoq; si mihi adulti essent filij,  
idem fecissim. N.I.C. Enim uero & ipse censeo, si modo ve-  
lit Socrates curam adolescentum suscipere, aliū nemine es-  
se querendum. Nempe Niceratum huic libentissimè comen-  
darem, si ipse acciperet. Verū quoties de hoc verba ei  
facio, alios quosdā ostēdit, ipse recusat. Experire ergo Ly-  
simache, nū Socrates tibi magis obtemperet. L.Y.S. Par est,  
o Nicia: quandoquidē & ipse multa uiciſſim in eū cōfer-  
re paratus sim, que alijs non multis ſane facerem. Quid  
ais, o Socrates? Morēmne geres, curabisq; ut optimi ado-  
lescentes enadant? s.o.c. Durū certè id effet Lysimache, si  
quis eiusmodi curā renueret. Quapropter si ego in superio-  
ri disputatione sapiē apparuiſsem, si autē inſeq; merito ad  
opus hoc ipse p̄cipue vocandus eſsem. Cū uero in eadem  
dubitacione hæreamus, quis nostrū potius eligatur? Mihi  
quidē nullus p̄cipue eligendus eſſe uideatur. Ceterum cū  
ita hæc se habeant, uidere num recte nobis consulam. Opor-  
tere, o viro, existimo, (nam nihil horū efferti volo) in cō-  
omnes inuicem querere, primum quidem nobis ipſi opti-  
mum p̄ceptorem, egenus n. deinde adolescentibus, neg,  
pecunias, neg. Ullis alijs rebus parcentes. Ita uero uiue-  
re, ut nunc uiuimus, & filios ita curare, non consulo.  
Homeri di-  
Si quis autē nos irriserit, quod tam grandes natu p̄ce-  
clum, Viro  
p̄ceptori ludum ingredi statuamus. Homeri illud obijen-  
geno uere. cundia non  
dum. Ait enim viro egeno verecundiam nihil conduce-  
conferre. ro. Quamobrem ſretis omnibus de trāctorum uerbis, cō

munem nostri adolescentumq; curam ſuscipiamus. L.Y.S.  
placent mihi quæ dicitis Socrates, ſtatuoq; quo senior ſum,  
eo ſtudioſius unā cū adolescentibus diſcere. Sed heus  
tu. Cras prima luce domum venito, ac ne negligito, ut  
de his rebus conſilium ineamus. Nam hodiernus iam ſol-  
uendus eſt cœtu. s.o.c. Efficiam quod iubes Lysimache:  
& ſi Deus voluerit, cras ad te veniam.

## CLITIPHO PLATONIS, VEL, EXHOR-TATORIVS.

### DIMIDIATI DIALOGI PER- SONAE, SOCRATES.

CLITIPHO.

VPER mihi retulit quidam, Cliti phonem Aristonymini filium loquētē logi huīs.  
cum Lysia, Socrates quidem conſuetu reliqua dei-  
dinem vituperare, Thrasymachi vero derantur.  
laudare magnopere ſolitū. CLIT. Quis  
quis ille, o Socrates, fuerit, haud recte  
narrauit, que de te cum Lysia ſum lo-  
cutus. Nam in quibusdam laudauit te, in quibusdā mi-  
nimē. Postquā uero ſuccēſſes mihi, quanquā diſimulas,  
quasi nihil id cures, libentissimē ego ipſe tibi illa referam,  
præſertim cū ſoli ſimus, ne adeo te deſpici putes. Forte n.  
nunc non recte audisti, quo circā inuenitor mihi redditus  
es, quā deceptus. At ſi ipſe mihi ueniat dederis, animad-  
uerterisq; libentissimē rem tibi narrabo. S.O.C. At tur-  
pe nimium eſſet, ſi te prodeſſe mihi volentem non tolereſſet.  
Conſtat.n. vbi intellexero quā malus, quā bonus ſim, de-  
teriora declinaturā eſſe pro uiribus, meliora proſeucturū.  
CLIT. Audi igitur. Equidē tecū versatus, ſapientiō ſo-  
craṭes vehementer obſtupui, dum te loquentem audi-  
rem, mihiq; uifus es p̄eclarissimē oīum dicere, quoties  
obiurgans homines veluti e machina tragica Deus ſubito  
exclamare. Quonā ruitis homines? Nescitis quo ſera-  
mini, neg, opportunum quicquā agitis, qui oī ſtudio pecu-  
nijs cumulādiſ incūbitis: filios autem quibus eas relicturi  
eſtis, negligitis, neg. Ut illis iuſte uti ſciant, eos iuſtitiae  
p̄ceptoriibus commendatis, qui doceant iuſtiam, ſi do-  
ceri pot, & ſi exercitatione ac conſuetudine comparanda  
eſt, diligenter exerceant. Neg. Vos etiam ipſos curaſtis  
uonā. Sed cum videatis literas, musicam et gymnaſticā  
vos filiosq; vestros ad ſufficientiā conſentatos, quā uirtutis  
disciplina perfeclā exiſtimatis, deinde nihilominus circa  
pecunias prauos eſſe, cur nō p̄eſente educatione contentiſſet?  
cur nō queritis aliquos, qui uos ab hac in musica diſſonā  
tia liberent? Et.n. propter hoc delictum ſecordiag; magis,  
q; propter pedis ad lyrā diſſonā motionē, et frater aduersus  
fratrem, & ciuitas aduersus alias ciuitates immoderata et  
diſcordi ſeditione ſuborta feruntur, et cōmiſſo p̄alio extre-  
ma patiūtur et inferunt. Vos autē dicitis, nō propter rudi-  
tatem iuſtiamq; ſed ſpōre iniuſtos eſſe eos, qui ſunt iniu-  
ſti. Rurſusq; afferere non dubitatis, iniuſtia turpe eſſere,  
Deoq; aduersam. Quā igitur ob causam hoc tantū malū  
quis eligit? Reſpōdetis, hoīem ſuperatū uoluptatibus id  
ſubire. Nōne ſuperari p̄ter uoluntatem eſt, quando qui  
dem ex uoluntate eſſe ſuperare? Quapropter iniuſtē agere,  
p̄ter uoluntatē eſſe ubiq; ratio dicitat. Diligitiore itaq;  
curam

euram, quam solet adhibere, & viros omnes primitam & publicè ciuitates decet. Quoties ista Socrates audio te dicentem, mirū in modum delector ac laudo, idemq; facio, cū ea quæ sequuntur auseculo. Addis n. eos quicunq; corpus quidem exercent, animū verò negligunt, quod natura subiectū est, colere, sternere verò quod imperat. Item vnicuiq; vsum eius rei qua vti scit, cōferre. Illi vero qui oculis, auribus, toto corpore nescit vti, prastare, ne que videre, neg, audire, neg aliter vti corpore, quām uti. Similiter et in artibus. Quicunque n. lyra propria vti nescit, patet vt ipse ait, quod neg alterius lyra scit vti: et qui aliena nescit vti, nescit & sua. Eademq; est de ceteris instrumentis & possessionibus ratio. Atq; eo tandem p̄clarare tibi sermo procedit, vt inferas, qui nescit aut a vti, p̄stare huic vt ocum agat aut a, neg, vivat, quām vt vivat, & sui iuris in agendo ipse sit. Quem siqua necessitas cogit vivere, melius huic esse, vt seruus vita ducat quām liber. Est aut hoc, tanquam natus ita cogitationis gubernacula cōmittere alteri cuiquā, qui gubernatoria humanae vitae adeptus sit disciplinā, quām sepe tu Socrates ciudem vocas peritiam, eandemq; iudicariam & iustitiam. His ergo sermonibus alijsq; eiusmodi multis arg, p̄claris, virtutē afferentibus posse doceri, sūq; ipsius in primis suscipere curā iubentibus, nunquam fermè aduersatus sum, neg, vt arbitror in posterum aduersabor. Perutiles enim ipsis existimo, plurimumq; ad exhortationem vale re, & ad homines quasi dormientes excitando conductere. Adhibui itaq; mente, vt qui essem reliqua auditurus: percōtatis sum non te primū, o Socrates, sed aequales tuos, vel contuberniales, vel socios, vel quomodo cūque aliter affectos tibi oportet dicere: horū, inquam, eos ante alios, qui primi apud te habetur interrogati, quis post hēc serm̄ potissim sequeretur, ac more tuo, quodāmodo ita prefatus quaestione exposui. O' viri optimi, quo pacto, inquam, Socratis ad virtutem hortationes accipere deinde debemus? An quasi solū hoc extet, prodire verò ad opus remq; perficere minime? Atqui nostrum & hoc per eūm vitam erit officium, eos qui nondum satis incitati sunt, pronocare, atq; ita semper inuicē exhortari? An potius & Socrate, & nos ipsis, cum non negemus hoc ipsum agendum esse, sic inquirere decet, quid post hac? Vnde iustitia studium incipiems? Siquis nos ad curandū corpus hortans, tanquam pueros qui nequaquam aduertunt curā eius gymnasticam atq; medicinam esse, obiurget quod de tritico, & hordeo, & vitibus semper cogitemus, deq; oībus, quæ corporis gratia querimus, artem verò & industriū, quæ bonus corporis habitus fiat, nullam inquiramus, cū tamen sit aliqua, foris illum rogaremus quas artes circa cultū corporis esse dicat, atq; ille vt arbitror responderet medicinā atq; gymnasticam: Eodem pacto nūc quā arte circa autem virtutem versari censemus, respondeat quisquis peritisimus horū sibi videtur. Respondeat ergo ad hēc, artē hanc quam ex Socrate audiūisti, nullam aliam, nisi iustitiam esse scias. Tunc ego, non solū, inquam, mihi nomine adducas, sed ulterius sic exponas. Medicina porro ars quādā dicitur, ab hac duo fiunt: nā & medici ex medicis efficiuntur, et sanitas reparatur. Alterū horū haud amplius ars aliqua est: artis autē docentis perceptaq; opus, quā dicitur sanitatem. Ab architectura similiter duo fiūt, edificium videlicet et architectura, illud quidē opus, hēc autem doctrina iustitiae quinetiam esto iustos alios facere, quemadmodum superiores artifices, sed opus alterum quod nobis vir iustus efficere potest, quid esse dicemus? declara. Respondit quidā, conferens: alius, de cens: alius, cōducibili: alius, vtile. At ego respondens obieci in singulis artibus eadē hēc nomina esse: cumq; reētē quid sit, vtilia, cōducibilia, et alia huius generis illic fieri diciq;. Illud vero arris cuiusq; propriū, ad quod hēc respiciunt. Quemadmodū in arte fabrili quod bene, pulchre, decēter se habere dicitur, illuc tendit, vt ex lignea materia apte supellectilia fiant, quæ quidem ars minime sunt, sed artis opus. Dicatur similiter, & iustitia ipsius opus. Hic quidā ex tuis familiaribus Socrates respo dit, & bellissimē quidē loqui visus est. Opus iustitiae propriū, inquit, quod nullius ulterius facultatis, est amicitia in ciuitatibus parere. Ille rursus interrogatus, amicitia esse bonum quoddā afferuit, malum vero nunquam, cū vero interrogaretur de puerorū brutorumq; benevolentijs, quas amicitias cōster appellamus, amicitias esse eas negavit, quippe cū sēpius obsint, quām pro sint: dixitq; illas falso amicitias nuncupari: Veram autē amicitiam se proculdubio consensionem. Cum autē quereretur, utrum a consensionem illā vocaret opinionis, an scientia concursum: opinionē quidem contēpsit, quia concursus opinionū multi inter hōes ac noxijs sunt, amicitia uero bonam oī non opusq; iustitiae esse cōcesserat. Quare idem dixit esse consensionē ex scientiam, non opinionem. Cū vero hoc loquendo delati essemus, ambigui auditores aduersus illū protinus in clamorū, quod cōdem sermo reuolueretur: quoniam & medicina sit cōsensio quādam & artes reliquæ, & circa quid versantur declarare queant. At vero tua hēc iustitia, vel cōsensio, quā tendit ignorat, quodū opus sit, latet. Eadē abs te tandem quāsi Socrates. Tu vero statim iustitiae opus esse dixisti, prodeesse amicis, inimicos lēdere. Deinde uero visus tibi est uir iustus nunquam lēdere quē quam, sed prodeesse in omnibus uniuersis. Hēc non semel tantū, o Socrates, aut bis tētata sunt: sed cū diu supplices nos sequutus fuerim, deniq; defessus sum, existimans te ad inflāmandos hōes, vt studiū virtutis capeſſant, caris esse uehemētiorē. Et duobus uero alterutrū necesse est, aut n. eatenus tantū tales, ultra vero nihil, quod quidem in quāvis arte contingere potest: cū in arte gubernatoria fieri potest, ut qui gubernare nescit, excogitauerit aliquas eius artis laudes, quibus ad eā homines pro vocet, quasi dignissima sit, et in ceteris artibus eodem modo. Idē fortasse tibi quis tribuet, quasi nihil magis iustitiam ipsam cognoscas, & si p̄clare eā laudas. Ego autē non sic existimo. E duobus n. alterum, inquam: aut nescire te arbitror, aut nolle mecum cōicare. Quām obrem ad Thrasymachum vt opinor, me conferam, & alio quocunque potero sperauerōq; à dubitationibus liberari. Neg, vero alio me conferem, si velles ipse exhortationibus istis quandoz facere finem. Porro quemadmodum si me iam sat is ad curam corporis, quæ gymnasticā est, incitasses post exhortationem huiusmodi aperires mihi qualū mei corporis esset, affectio, & quali curatione indigeret, ita in praesentia facito: pone clitiphonem tibi concedere ridiculum esse, vt in alijs rebus quis studium ponat, animam vero cuius gratia in ceteris laboratur, negligat et alia quæ cunque post hēc sequuntur & dicta modo sunt, retulisse me

me puta. Obscuro te Socrates ne aliter facias, ne quædam  
mosum nunc, ita & posthas coram Lysia ceteris homi  
nibus, pari im quidem laudare te, partim vero virtutem  
renesse sit. Et nang, qui nondum ad virtutem sit prouo  
catus, conferre te plurimum afferam: Persuaso autem  
contra, impedimento esse te propemodum, quo minus ad  
virtutis finem perueniens, beatus efficiatur.

CAETERA DESVNT.

## CRATYLVS PLATONIS, VEL, DE RECTA NOMINVM RATIONE.

MARSILII FICINI ARGUMENT.



APIENTIA Platonica semper quidem sufficit excelsa, nec unquam humilia deficit: quanquam verorum scientia nominum non est banalis, inò excelsa, præcipue diuinorum. Hanc sapientes Hebrei tanti fecerunt, ut eā non modo scientiis omnibus, verum etiam legi scriptæ prætulerint, affirmantes ipsam à deo patriarchis & Moysi fuisse tributam: Moysi, inquam, eam nō literis, sed sanctorum mentibus inscripturam, inquam, succendentium prophetarum, deinceps diuinorum nominum sapientiam in mentes eorum qui succederent longa quadam serie propagantium. Horum ergo virtute nominum maiores suos opera miranda fecisse. Præterea nonnulla ex his nominibus scriptis suis inseruisse, sed plerunque vel sparsa, vel inuoluta: que si quis cognoscat, & colligat, & perfectè eademq; mentis puritate, qua & eui sunt tributa, pronuntiet, mirabilia similiter effecturum: præfertim in primo dei nominis, quid cum quatuor duntaxat, & his quidem vocalibus literis mirabiliter componatur, nimis à nullo nisi diuinus inspirato recte pronunciari potest. Vnde fateri coguntur Iesum, quem ipsi Nazarenum vocant, fuisse diuinum. Quapropter cum enim nominis huius Tetragrammaton intelligentia vera, & pronunciatione perfecta fecisse miracula fateantur. Verum de his in libro De religione à nobis satis est dictum. Origenes quoque cū diuinorum nominum orationumq; virtutem mirificam considerasset, in libris contra Celsum, inquit, in quibusdam sacris nominibus mirandam latere virtutem, ideoq; hec ipsa non esse ex Hebrei lingua in aliam transferenda, sed in suis ipsis characteribus conservanda. Foris enim quenadmodum in corpore certa ratione compo-sito vita permanet, quo vel alter composto, vel permuto non permanet: sic vitalem quandam putant diuinis nominibus certo diminitus modo compotis, inesse virtutem. Et quemadmodum ab initio docuit Mercurius Trismegistus, ac diu postea Plotinus & Iamblicus, statu quibusdam ordine certo compotis demones quodammodo includuntur. Verbis autem ad celestem quandam similitudinem temperatis diuinæ quedam dotes distribuuntur, & id quidem prouidente deo, ut quatuor res ipsa postulat, rite possemus diuinum auxilium invocare. Quod quidem ab ipso Phabo atque Pythagora obseruatum fuisse tradunt, quos serunt diuinis quibusdam duntaxat verbis tam animi quam corporis morbos mirifice curavisse. Qua quidem in re compertum habemus totam Zoroastris sapietiam constituisse, quam Plato in Alcibiade diuinum appellat, & in Charide morborum animi & corporis curatricem. Mitto quid omnes gentes atque lingue præcipuum dei nomen quatuor solum pronuntiant literis. De hoc enim latius tractatur à nobis in commentariis in Philebū, ubi probatur non potuisse in hoc uno gentes omnes nisi diuinus conuenire. Hinc Aegypti quem nos deum, Theut nominant: Perse, Syre: Magi, Orsi: unde Oromasis: Hebrei illud quatuor vocalium ineffabile nomen vicinque possunt exprimunt per Adonai: Graci, Theos: Arabes, Alla: Machomet, Abdi: nos accipimus ab angelo Iesum. Sed cur voluit deus quatuor ubique litteris inuocari? Forsan quia & ipse per quatuor gradus cuncta disponit, scilicet essentia, esse, virtute, actione componens. Item celestia triplicitatibus signorum quatuor, ignea, aerea, aqua,

terrea, & quæ sub celo sunt, quatuor similiter elementis. Nemo vero mirabitur tantam in veris nominibus vim latere, si modo considerauerimus ipsam rei vim naturalem, quando vere cognoscimus, perueniri ab obiectis ad sensus, ab his ad imaginationem, ab hac quodammodo & ad mentem. Deinde à mente concipi quidem primum, deinde per vocem exprimi quasi partum. Atque in hac ipsa voce suis quibusdam articulis constituta vim ipsam rei sub significacionis forma quasi vitam latere: vitam, inquam, ab ipsa mente per semina rerum conceptam primo, deinde per voces editam, postremo per scripta seruatam. Quod si ceterorum nomina vim rerum quodammodo seruant, ideoq; per illa quasi rerum imagines ipsæ res agnoscentur, multò magis diuina nomina ab ipso deo tradita vim suam perpetuam seruant. Nec immerito. Nomen enim verum, ut Platoni placet, nihil aliud est quam rei ipsius vis quædam mente primum, ut dixi, concepta, voce deinde expressa, literis demum significata. Rei autem diuina necesse est virtutem esse diuinam. Quamobrem dei nomina cū illis diuina vis inicit, Plato & hic & in Philebo venerari inbet, atque ut significat in legibus, multo etiā magis quam delubra statuasq; diuinæ. Expressior enim imago dei in artificio mentis, præfertim afflata diuinitas, quam in manuum operibus representatur. Nomina vero dei prima atque syncerissima apud mentes supernas celestesq; esse indicat, à quibus expressis deus, ut ita dixerim, ipse concipitur. Secunda vero in demonibus purioribus. Tertia in animis hominum, eaq; per priscos viros deo afflatos quasi dei tubas fuisse prolatæ. Dei itaque nomina nobis per antiquos sanctos tradita, tanquam imagines radij dei ipsius esse videntur, per superiora numina, perq; sanctiores hominum animos penetrantes. Quisquis autem deum, ut par est, admiratur, merito veneratur & solis lumen. Ita & deum colere oportet in primis, simulq; dei radios, vires, imagines in sacrorum nominum significacione latentes. Audianus ergo Socratem in Philebo ita clamantem. Reuerentia mibi semper erga deorum nomina, non humana quædam formido est, sed maximum quenque timorem exuperat. Audiamus eundem rursus in Phaedro se expiantem, quid in Amorem dei nomen forte disputando deliquerit. Audiamus Platonem in undecimo Legum, eos qui deorum nomina mendacio & periurii inquinaverint, sacrilegos omnino censem, iubenterintq; illos à quolibet impune cedi: eum vero qui præsens non punierit, tanquam proditore legum rigide condemnantem. Neque vero nos turbet quid plures se pe nominet deos. Unicum enim per se ipsum in Parmenide, atque Timæo probat esse deum, ceteros vero angelicos, celestesq; dei ministros, cū deos nominat, non tam deos quam diuinos intelligit. Postquam vero in Parmenide ad viuum deum omnia comparauit, nomina quoque illius sternenda non censuit, in quibus cum mira dei mira latent, non iniuria diuinus ille theologus Dionysius Areopagita omnia theologia mysteria in diuinis nominibus exquisivit. At cur silentio prætermisimus splendorem illum veritatis. Apostolum Paulum dicentem, Sermonem dei esse viuum atque efficacem, reverentios omni gladio anticipi penetrantem? Item illud eiusdem: Dornauit deus illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu fleatur celestium, terrestrium, infernorum? Sed iam ad dialogum redeamus. Hermogenes Parmenidis discipulus & seclator, atque Cratylus seclator Heracliti, de relictudine nominum disidentes, dum ille quidem nomina solum arbitrio, hic vero naturali quadam ratione habere vim putat, denique Socratis se iudicio subiungit. Principio quam bellè tres hic Platonis conueniunt praecettores. Hic enim à Socrate moralia, à Cratyle physica, ab Hermogeni potissimum metaphysica, præter illa quæ ipse inuenit, dicitur accepisse. Cratylus quidem seclator est Heracliti, ceterorumq; priscorum, qui multis ante Heraclitum seculis philosophati sunt, putaueruntq; nihil vsquam stabile, sed omnia in perpetuo motu versari. Vnde & nomina rebus ab ipso motu plurimum posuerunt. Hermogenes vero Parmenidis Pythagoreorumq; cultor, contraria putantium omnia permanere. Eiusmodi controuersiam inter Hermogenem & Cratylum Socrates & Plato ita componunt, ut Heracliti quidem sententia in Physicis, Parmenidis vero in metaphysicis sit probanda: sequis autem vel statum rerum ad naturalia, vel motum transferat in diuina, sit penitus improbandus. Sed his omisis, quantum ad nomina pertinet, Socrates in Cratyl sententiam magis declinare videtur, eam hoc pæsto confirmans. Orationum alia vera est, alia falsa: & orationis vere partes vere sunt: orationis falsæ, partes quoque sunt falsæ. Partes autem orationis sunt nomina: quo sit ut nominum alia vera sint, alia falsa. Oratio quidem vera est quæ res ipsas ut sunt ita dicit: falsa vero, quæ contra. Quapropter & nomina vera sunt illa quæ res ita ut sunt possunt, quam ut placet arbitrio, proferunt. Quoniam vero Protagoras putat qualizcunque videntur queque, talia esse, adeo ut res